



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 9. An propositi iis solum pro quibus offertur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

## 256 TRACTATUS V.

tum ordinatur. Quare distributum inter plures, singulis prodest minùs, quām si pro uno offerretur.

Quest. 9. Sacrificium prodest-ne iis solum pro quibus offertur?

Resp. S. Thomas loco citato in response ad 1. quest. huic questioni solidissime respondet: *Valor, inquit, suffragiorum potest pensari ex duobus. Valent enim uno modo ex virtute charitatis qua& facit omnia bona communia; & secundum hoc verum est, quod magis valent ei qui magis charitate est plenus, quamvis pro eo specialiter non fiant. Alio modo suffragia valent, ex hoc quod per intentionem unius alteri applicantur; & sic satisfactio unius alteri computatur; & hoc modo, non est dubium quod magis valent ei pro quo fiant; immo sic ei soli valent: satisfactio enim propriè ad poena dimissionem ordinatur, unde quantum ad dimissionem poena præcipue valet suffragium ei pro quo fit.*

Et ibidem in response ad 3. quest. ad 2. Credibile tamen, quod per divinam misericordiam, si aliquid de spiritualibus suffragiis supersit iis, pro quibus fiant, ut scilicet eis non indigeant, aliis dispensetur pro quibus non fiant, si iis indigeant, ut patet per Damasum in sermone de Dormientibus, sic dicentem: *Deus tanquam justus commentietur in potenti possibilitatem, tanquam suscipiens defectum commutationem, negotiabit: quae quidem negotiatio attenditur, quod id quod deest uni, alter supplet.*

Quest. 10. Quomodo Sacerdos debet suam dirigere intentionem, antequam celebret?

S. Carol. Actor. p. 4.  
Istruzione alli  
Sacerdoti.

Resp. Id egregie explicat sanctus Carolus, his præcisissimis verbis vulgari lingua Italica expressis: *Quando Sacerdos examinat suam in-*